



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 36. Viennensis Episcopatus ad Archiepiscopatum erectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII æquum esse decidendas, & novitates
 A. C. 1721. vel tacito consensu, vel pactis intro-
 ductas esse conservandas, salvo jure
 reformandi, Risvicensem clausulam
 sine Gallorum consensu tollere, Ca-
 tholicis integrum non esse, pacem vero
 Ultrajectinam sine Cæsaris ac Imperii
 consensu fuisse initam, proin eam Pro-
 testantibus non favere.

§. XXXVI.

*Viennensis Episcopatus ad Archiepi-
scopatum evectus.*

Struv. Corp. Hist. Germ. Period. X. pag. 1538. Lettr. Hist. Oct. 1720. pag. 430. Struv. Corp. Jur. publ. pag. 690. Mascov. diff. de Primat. §. 71. Jam ante biennium, uti memoravi-
 mus, Carolus VI. Imperator Vien-
 nensem Episcopatum ad Archiepisco-
 patus dignitatem evehi a Clemente XI.
 Papa petebat: Obstabant tamen Salis-
 burgensis Archiepiscopus atque Passa-
 viensis Episcopus; hactenus enim Vien-
 nensis Episcopus Salisburgensi tanquam
 suo Metropolitano erat subjectus, jus
 vero Diæcesanum in terris Austriacis
 Passaviensi competebat. Ambo igitur
 pro tuendis suis juribus Romæ ac Vien-
 næ gravissimas deponebant querelas:
 nihilominus tamen die decima octava
 Octobris anno priori Alexander Alban-
 tum Viennæ agens Pontificis jussu Im-
 peratori declaravit, quod ipse insuper
 habita utriusque Præsulis oppositione
 hanc

hanc gratiam concedere paratus esset. Sæc. XVIII.
A. C. 1721.

Nec promissionis facilitati defuit operis constantia; die enim sexta Martii hoc anno Pontifex annuit, ut Episcopatus Vindobonensis in Archiepiscopatum erigeretur. Postquam vero præfatus Pontifex decima tertia post die mortalitatem exuerat, pristina recruduit oppositio, resque ad effectum plene deduci haud potuit, donec Innocentius XIII. die prima Junii anno sequenti Romæ in secreto, ut vocant, Consistorio novi hujus Archiepiscopatus erectionem confirmaret, Bullamque desuper publicam redderet. Agebatur tamen adhuc de concedendo Pallio Archiepiscopali, quod etiam novus Archiepiscopus Sigismundus Comes de Collonitz obtinuit, eoque die vigesima quarta Februarii anno hujus sæculi vigesimo tertio præfente ipsomet Imperatore ejusque Augustissima Familia Pontificis Nuntio, præcipuis Aulæ Proceribus, atque universo Clero in Ecclesia Metropolitana ad S. Stephanum investitus est. Inde deliberatum, qua ratione novo Archiepiscopo Suffraganei subjicerentur Episcopi, attamen annuente Pontifice Neostadiensis Episcopatus, qui semper soli sacrae Sedi subjectus erat, & cui tum recens electus præerat Joannes Mauritius Comes de Man-

K 4 dex-

Sæc. XVIII. derfcheid, fuit denominatus, cui ad-
A.C. 1721. juncti fuere Præpositus Neuburgensis,
 Abbates Mellicensis & Göttwicianus
 Ord. S. Benedicti, necnon varii reditus
 ex diversis Abbatibus eidem Archiepi-
 scopatu assignati. Nihilominus Ray-
 mundus Ferdinandus Comes de Ra-
 batta tum Passaviensis Episcopus Vien-
 nam profectus, habitis pluribus cum
 Imperatore colloquiis gravissimum vul-
 nus suæ Ecclesiæ juribus infligi demon-
 strabat, tandem is suo quoque consensu ac-
 cedebat, postquam vero insuper a Josepho
 Dominico Comite de Lamberg Passaviensi
 Episcopo peteretur, ut ex Diæcesi sua
 districtum, qui sese cis Danubium ad
 quindecim omnino leucas extenderet,
 unacum Monasterio Neuburgensi ad
 S. Crucem, & Mariazellensi, Novo Ar-
 chiepiscopo cederet, ejus vero Capitu-
 lum Cathedralis sese acriter opponeret,
 rursus Mense Januario An. 1724. Vien-
 nam contendit, nullique perpercit la-
 bori, ut suam Diæcesin in pristina in-
 tegritate servaret: Ast hoc negotio jam-
 jam Romæ confecto cedere coactus,
 vicissim Archiepiscopale pallium a Papa
 obtinuit, ejusque Episcopatus ab Ar-
 chiepiscopo Salisburgensi in omnibus,
 nisi quoad Synodalia in perpetuum a
 Benedicto XIII. Anno 1724. exemptus
 necnon Ecclesiæ Cathedralis Decano
 usus

usus Mitræ concessus est, Archiepiscopo Sæc. XVIII.
 Salisburgenfi tam Viennæ, quam Ro- A. C. 1721.
 mæ, atque in Imperii comitiis ob jus ~~Metropolitici~~
 Metropolitanum sibi per hanc exemptio-
 nem ereptum strenue, incassum licet,
 reclamante.

§. XXXVII.

*Primus in caussa Venerabil. Joannis
 Nepomuceni processus a Clem. XI.
 probatus.*

Annus agebatur post Christum natum Hist. Univ.
 millesimus trecentessimus octogesi- t. 8. c. 1.
 mus tertius, cum Wenceslaus Bohe- pag. 967.
 miæ Rex ac Cæsar Joannem in oppido Vita.
 Nepomuk natum Canonicum ad S. Viti S. Joan.
 amplis honorum opumque pollicitatio-
 nibus, ac demum minis, carcere, e-
 queo, aliisque tormentis pelliciebat,
 ut Joannæ Imperatricis, quæ Alberti
 Bavarix Ducis Filia erat, confessio-
 nem & quicquid unquam illa ei confi-
 tens manifestasset, ex ordine exponeret:
 illum vero Imperator, eoquod
 toto capite ac severo vultu sacrilegium
 aversaretur, nocte ad Pragensem pon-
 tem Moldavix flumini impositum de-
 ductum ac manibus, pedibusque re-
 vinctum in subjectum flumen ex ponte
 in pervigilio Ascensionis Dominicæ eo-
 dem anno dejici jussit. Inclaruit